## ANTIQVARIA DE SACRIFICIIS PORCINIS IN CVLTV DEORVM VETERVM.

メー

SECTIO J.

INVITATIO

# ORATIONEM SACRAE COENAE

AD

PRAEVIAM,

D. XXIV. IVN. A. MDCCLXIX, HORA IX. IN AVDITORIO THEOLOGORVM HABENDAM,

QVA ILLVSTRES REIPVBLICAE BREMENSIS PROCERES

OMNIVMQVE ORDINVM ERVDITOS

IOHANN. PHILIPPVS CASSELIVS

PVBL. ELOQ. ET HVMAN. LITTER. ILL. GYMN. BREM. PROF.

hears delibers, him many

LITTERIS VID. B. HERM. CHRIST. IANI ET DIDER. MEIER, <sup>1</sup>LLVST. GYMNASII TYPOGR. 1769.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Com



## ANTIQUARIA DE SACRIFICIIS PORCINIS.

§. I.



VPITER Deorum, quos Ethnici finxerunt, maximus, HOMERO Harne avdeuv TE OEUV TE Pater bominum Deorumque audit, Iliad. II. 669. Vario eum in finem facrificiorum genere illum cul-

tum constat, et inter alia animalia etiam porcum marem Ioui immolatum fuisse, indicatTHEOCRITVS ldyll. 24. Herc. vs. 97. p. 159.

Znvi d'ézrippe zai naduzeptepu agoeva zoigov Duomeveuv diei naduzeptepoi is teregoite. Ioui antem mactate supremo MASCVLVM PORCVM, Vt hostibus vestris semper superiores sitis. HOMERVS II. T. 196.

Ταλθυβιος δε μοι άκα κατα σεατον ευευν άχαιων
Καστεον ετοιμασατω ταμεειν Διι τ' Ηελιω τε.
Talthybius autem mihi mox per exercitum latum Achiuorum
APRVM praeparet mactandum Iouique Solique.
Et vl. 254.

Κασεε άσο τειχας άεξαμενος Διι χειεας άνασχων. Apri setas delibans, Ioui manibus sublatis.

Contrarium vero videtur indicare velle ATTEIVS CAPITO L. 1. de Iure facrificiorum, apud MACROBIVM L. III. 10. p. 288 Itaque Ioui tauro, VERRE, ariete immolari non licet. Ex quo fua

fua hausit ALEX. ab ALEX. L. III. 12. Ioui tauro, verte et ariete facra facere non licere affirmans p. 344. Franc. 1594. fol. XENO-PHON etiam loui Milichio porcos integros exussifie ritu patrio, et sic perlitasse, de se ipso L. VII. de Expedit. Cyri p. 425. scribit ap. A. RECHENBERGIVM, in diss. Deabusque Veterum gentilium Milichiis, Cap. II. §. 9. Lips. 1699. Conf de CORDOVA Didasc. Multipl. p. 257. In templo Iovis Abbretani in Mysia suem comesse, aut mactasse, scelus erat infandum et piaculare, ex STRABONIS L. XII. non longe a fine, assert ALEX. ab ALEX 1. c. p. 347.

S. 2.

Romae IVNONI fingulis Calendis porcam immolatam fuiffe, difcimus, ex MACROBIO L. I. Saturn. c. 15. p. 183. Romae quoque Calendis omnibus, praeter quod Pontifex minor in curia Calabra rem divinam IVNONI facit, etiam regina facrorum PORCAM vel agnam in regia Iunoni immolat. Sic etiam Aeneas Iunoni candidam fcropham cum porcellis in facrificium obtulit, VIRGILIvs L. VIII. Aen. vf. 81.

Ecce autem fubitum, atque oculis mirabile monstrum, Candida per sylvam cum foetu concolor albo Procubuit, viridique in littore conspicitur sus, Quam pius Aeneas, tibi enim, tibi maxima 1VNO

Mactat, Sacra ferens, et cum grege sistit ad aram.

SERVIVS ad b. l. explicat, quaenam Dea per maximam Iunonem intelligenda; Dicunt Theologi, ipfam effe matrem Deûm, quae Terra dicitur, unde etiam ei PORCA facrificatur. THOM. REI-NESIVS L. I. Syntagm. Infcript. no. 32. p. 59. lapidem affert, in quo fignum Scrophae cum mammis turgentibus, addita infcripti-

) 2

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported Licens

one

4

and any start of the same the

one: IVNONI SACR. et Cel. VAILLANT aprum Iunoni Sofpitae dicatum in nummo XI. gentis Aureliae; T. I. Famil. Roman. tab. 26. p. 164.

S. 3.

Inter varia animalia NEPTVNI in honorem caefa ALEX. ab ALEX. L. III. c. 12. p. 344. recenfet etiam Aprum. Neptuno, inquit, pleraque gens de nigro tauro, Troezenii de fructuum primitiis facrificant, Graeci de cruribus taurorum: Vlyffes ariete, APRO et tauro litavit. Testimonium hoc de Vlysse defumum est ex Ho-MERO Od A. 129. vbi Tiressa Vlyssi praecipit

Ρεξας ίερα καλα Ποσειδαωνι άνακτι Αρνειον, ταυροντε, συωντ' έστιβητορα κασορον. Faciens pulera facra ΝΕΡΤΥΝΟ Regi,

Avietem, taurumque, Suum que maritum VERREM. ANONYMVS in vita Homeri p. 359. verfum hunc Homeri citat. in TH. GALE Opufc. Mytholog. Amft. 1688. 8. EVSTATHIVS ad h. l. p. 174. edit. H. Iunii de fingulis rationem reddit, cur haec animalia Neptuno in facrificium cefferint: Aquesos Gueras Πεσειδαωνι, δια το σεραου της Θαλασσης, ότε ήgeμα σος Quees γαλευιου. Taugos δε, δια το κατα σφοδεοτητα κινησεως σλημεικου, έτι δε και δια το μυκητικου, παι δια τας έν τω ύδατι καμστας δικην κερατων. ΚΑΠΡΟΣ δε, δια το τε ύγεε γουιμου. συνεσιαςικου γαε ό άξεην κασερος. όδεν και κασεραν, και έτως όξεγεωσαι, και κασεωσα γυνη, ή έτως έψιμενη.

. Andere a final for the first section and the

Porcum VENERI, apud Argivos certo festo, quod inde Isngua nuncupatum, sacrum suisse, testis est ATHENAEVSL. III. 16. p. 95. Οτι δε έντως Αφροδιτη ύς Θυεται, μαρτορει καλλιμαχος,

205, n' Znvodores er loroginois voouvnuari, yeaquir wde, Agyeios Λφεσδιτη ύς θυκσι, και ή έσρτη καλειτει Υστηρια. SVEM VENERI mactari Callimachus sive Zenodotus in commentariis Historicis his verbis testatur: VENERI SVEM Argivi facrificant, eumque festum diem vocant rornera, EVSTATHIVS ad Il A.p. 273. edit. cit. Ka-שפמע בא דא אמשפטע אבץבדמו דם מסבאץמועבוע, טלבע אמו עטעק אמשפשסמ, ή άσελγης, διο και τη Αφροδιτη is éguero, και μαλιςα ταρ Apyeiois, mag ois nai éopty Appoditne ta vengia. ALEX. ab ALEX. 1. c. p. 348. Fertur Veneris fanum fuiffe, --- Argis, in festo quod Hysteria dicitur, in quibus praeter instituta moresque aliorum SVES mactare licet, cum in caeteris nullo modo fas sit Vid. H. IVNII Animadversa p. 364. TOMASINVS de Donaviis, cap. 4. CASAVBO-NVS ad Athen 1. c. p. 193. ARISTOPHANES Acharn. A. III. Sc. III. 42. MANTERS for MILLEAMABUAN THIS MUTTOL.

ME. nallisos Est Zoigos Apgodita gueir.

the property concerns

ΔΙ, Βλλ έχι χειζος τη Αφροδυτη θυεται. Me. Ou xoiges; Apgodita, porare Saiporwr, Kai yivetai ya tav de tav xoigav tougns Αδίσου, αν του όδελου έμωτωαρμενου.

ME. Tum VENERI sacrificare porcam erit optimum: DI. At Veneri Porca facrificari non folet.

ME. Non porca? imo soli Veneri ex Diis omnibus Et harum porcarum caro fit fuavisfima.

Omnium gratiffimum vero fuis facrificium Veneri fiebat in infula Cypro, guod praedicat Antiphanes apud ATHENAEVM 1. c. p. 95. cujus verba ex versione hic tantum appono: An ignoras, suillos artus eximiam effe Veneri hoftiam; in Cypro, Here, adeo fuibus illa )(3 dele-

Dec Legie IV

, theories

6

delectatur, ut eo animali pasci vetuerit incolas, bobus autem vesci coëgerit.

In reliquis vero templis Veneri facratis, fuem mactare interdictum erat, cujus rei rationem dat SCHOLIASTES Avistophanis, p. 409. Полло: тыч Емичич & Энго: хогезь та Афеобіта, ws Bdeluttomern, Sia tor Aboriv autor. Multi graecorum non facrificant PORCOS VENERI, ut abborrenti ipfum propter Adonem (a) fcilicet ab eo interfectum. PHVRNVTVS de Nat. Deor. cap. XXIV. aliam rationem affert, Arawadur d'us dia דקע מיתם שמסומע מיאאסדבום autys ewas dones. Juem autem propter suam immunditiem plane averfatur Venus. Hinc et carnem fuillam illi effe invifam et odiofam, excepta Venere Caffinaea testatur STRABO, L. IX. fic et Corinthios victimarum omnium femora praeterquam fuum Veneri confecraffe refert PAVSANIAS L. II. p. 125. FESTVS p. 544. utramque rationem conjunxit, et tertiam a fuum libidine petitam addidit. SVILLVM GENVS invifum Veneri prodiderunt Poetae, ob interfectum ab apro Adonim, quem diligebat Dea. Quidam autem, quod immundissimi fint sues, ex omni mansueto pecore, et ardendiffimae libidinis ; ita ut opprobrium mulieribus inde tractum fit, cum subare et surire dicuntur. Hinc ortum proverbium Aceodity on TEJUXEV Veneri suem immolavit, dictum quando quis munus minime gratum obtulit. ERASMVS Adag. p. 525.

THEOCRITVS Idyll. 30. p. 175. in mortuum Adonidem; Aprum interfectorem Adonidis, jussu Veneris ab amoribus cap-

tum

(2) Feftum Adoniorum eam ob causam inftitutum et celebratum volunt, de quo pluribus 10H.MEVRSIVS in Graecia feriata p.3.Lugd.1619.4. LAKEMACHERVS Antiquit. Graec. S. p. 588. IVLIANI Caesares p. 229. ibique SPANHEMIVS, et P. II. p. 94. FASOLDI Jerologia Dec. I. cap. IV.

tum adducit, qui a Venere graviter increpatus, refpondit, fe amore Adonidis incenfum, cum femur ipfius nudum ofculari vellet, incendio amoris victum, infelici cafu altius impreffisse dentem. Offert igitur fe, cum peccaverit, ad quodvis fupplicium perferendum, praecipue dentes, qui caedis instrumentum fuerunt, devovet. Venus commiseratione mota ignoscit illi, et a vinculis eum liberari jubet.

Adariv n Kudnen Ds éide vergor ide, Στυγναν έχοντα χαιταν, 'Ωχραν τε την ταρειαν. Αγειν τον ύν τερος αυτην. Εταξε τως εροτας, 2. τ. λ. Adonidem Cytherea Vt vidit jam mortuum, Tristem comam habentem Et pallidas genas, Ducere ad se aprum lussit Amores, etc.

STRANGER C

NONNVS PANOPOL. Dionyf. L. 41. p. 1064. Hanov. 1610. 8. inter caeteras animantium species Venerem solum aspectum suum aprorumve abhorruisse,

Πασι μεν άμφελελιζε γεγηδο ά κυκλον όσωσης Πασιν όμου μονυην δε συων έκ ήθελε λευσσειν Tegorolny, are partis. Omnibus quidem circumtulit oblectatum circulum oculorum Omnibus fimul, folam vero SVVM non voluit cernere Oblectationem, tamquam vates.

S. 5.

7

8

tura adducit , qui a Veneta gravily r increpature, refrandit, fa Quam mirandae fummi Numinis in regimine veterum veteris orbis populorum fint viae, et inde constare videtur, quod illis cultum tot hominum et tot animalium idololatricum, abominabile in fummi hujus Creatoris oculis vifum, et in Sacris literis graviter prohibitum, pro fua clementia permiferit. Confiderantibus enim miectum in Iudaea, nunc rejectum et ob facinora nefanda diffipatum per terrarum orbem innumerabilem Iudaeorum gregem tacite exclamare cogimur: Mirabilia funt o Deus in gentium regimine tua facta, comprehensu nobis difficillima, nec mortalium ulli investiganda! Hinc commotus Nobilissimus et Ornatisfimus Iuvenis HINRICVS MÜLLER, Bremensis, S. Theol. et Elegant. Litter. Studiofus, ut fingulari oratione In vias Providentiae divinae in regimine bujus mundi absconditas, curatius inqui-Quam orationem, die et hora in hujus fcripti fronte inreret. dicatis, cum publice recitaturus, nullus dubito quin vos viri ILLVSTRES, MAGNIFICI, CONSVLTISSIMI, AMPLISSIMI REIPVBLICAE PATRIAE PROCERES, VOS omnium ordinum DOCTORES, PROFESSORES, aC V. D. MINISTRI, omnesque Honoratiores et Eruditi, Viri spectatissimi, item TV Nebilissima STVDIOSORVM corona, eximiis studiorum profectibus praeditum Iuvenem honorifica haud dedignari praefentia veftra velitis: Dabam BREMAE Dominica IV Trinit. 1709.

supported there are never the theorem was the fit

Omnibus quiden encontant ablecturan circulture calorent

Omnibus fimule, foliant ways so van non miloit course

Trewolat, and Mantic.

Obliciationem; tampaen traiete

## ANTIQVARIA DE SACRIFICIIS PORCINIS IN CVLTV DEORVM VETERVM. 2 SECTIO II.

INVITATIO

AD

## ORATIONEM SACRAE COENAE

PARASCEUASTICAM D. XXVIII. APRILIS A. MDCCLXXV HORA IX IN AVDITORIO THEOLOGICO HABENDAM,

QVA

ILLVSTRES REIPVBLICAE BREMENSIS PROCERES

OMNIVMQVE ORDINVM ERVDITOS

INVITAT


## IOHANN. PHILIPPVS CASSELIVS

PVBL. ELOQ. ET HVMAN. LITER. ILL. GYMN. BREM. PROF. SOCIET. LAT. IEN. ITEM TEVTON. GOTTING. ET BREM. MEMBRVM HONOR.

\*\*\*\*\*\*

BREMAE,

LITTERIS VID. B. HERM. CHRIST. IANI. ET DIDER. MEIER, ILLVST. GYMNASII TYPOGR.



© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

201

ECOMPS:

inove cleaner averit

Cum nihil fine divum ope mortalibus bene fuccedere gentiles credebant, ita etiam DIANAE Venatorum (a) propitio Numini, qui venationi ftudebant, facra facere folebant, et felicem ftudiorum fuorum fucceffum optare, ne laederentur canes, claudicarent equi, et homines ipfi fpe fruftrarentur. Itaque primitias praedae Deae huic obtuliffe oftendit ARRIANUS de Venat. cap. 33-A 2

de Caulbus D'anae faceis et izequi? tefto coromatis.

(a) Dea haec inde κατ' έξοχην nomen Venatricis nacta, utpote quae Venationem prima aut invenit, aut perfecit, ideo et memoria ejus in numis celebrata. du CHOUL Relig. Vet. Rom. p. 72. 73. CEL. SPAN-HEMIUS dans les preuves des Remarques fur les Cefars de Julien p.
39.

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

1.0

151

197

p. 222. ex quo, quamvis animalia speciatin non nomin averit, facillime concludi poteft, apros inter feras venatorias ultimo loco non ponendos, Dianae etiam oblatos. Ita enim ait : nai in duev Jewu re έυμενειας παραγιγνεσθαι άνδρι πυνηγετικω· άλλα χρη θυειν ΑΡΤΕΜΙΔΙ άγροτερα έπι τω δε τω πτηματι θυεω δε χρη και έπι θηραν έυπραξαντα, και ανατιθεναι άπαρχας των άλισκομενων' τη θεω γε άποκαθαιρειν τες πυνας, καί τες πυνηγε-Tas nara ta marpia, wis vouss. Exversione emendata N. BLANCARDI. Neque is fine propitio divum numine venatori obtingit: sed pro adepto munere DIANAE VENATRICI facra debentar: cui etiam post venationem ex voto peractam facrificandum, et primitine praedarum offerendae: tum vero canes et venatores eidem divae patrio more sa crorum vitu lustrentur. IDEM cap. 34. fingulare Gallorum institutum recenfet, quo quotannis Dianae facra fecerunt, dum fcilicet die natali deae ftipem in illius honorem per totum annum collatam, pro animalibus captis et interfectis, folenniter offerebant, et de collata pecunia victimam emebant, vel ovem, vel capram etc. pro fumma pecuniae; facris denique peractis, et victimarum primitus Dianae venatrici oblatis, ipfi una cum canibus genio indulgebant. Canes autem illo die fertis coronabant, ut conftaretillorum caufa festum celebrari. Hinc STATIUS L. 3. /y/w. L.I. 57.

#### Ip/a CORONAT Emeritos DIANA CANES, et spicula tergit, Et tutas sinit esse feras.

de Canibus Dianae facris et in ejus festo coronatis, vid. CELEB E. OTTO de Diis Vial. cap. 6. Apud Hetruscos Aprorum venationem musico concentu factam esse testatur AELIAN. de Anim. XII. 46. SCHOTTI Phylica curiofa L. VIII. 6. p. 795.

(a) propitio Numini, ani vecationi fludebant,

acta facero folebant, et felicem fudiorum fuo-

39. ibique nummorum picturas. I. HARDUIN in Numis popuforum et urbium, p. 57. in Opp. Sel. et in Hift. Augusta ex nummis. p. 812. IAC. de WILDE in fel. Numism. Antiq. p. 35. 107. 165. VAILLANT in nummis Famil. Roman. T. 1. tab. 70. p. 492. SME-TII Antiq. Neomag. p. 227. Diana BRITOMARTIS caffes venatorios reperit, et solenni ritu a Cretensibus culta fuit, DIODORUS SIC. L. V. C. 77. Sagittifera, quoniam fagittis armata. CUPERI Harpoer. p. 42. Ayporepa Seog Dea Venatica POLLUCI L. IX. cap. ATT ETTO 2. Segm. 12. ibiq. Hemsterh. in Notis. STEPH. BYZANTIUS voce Erymanthus p 273. ibiq. Th. de PINEDO in notis. conf. Ill. SPAN-HEMIUS ad Callimachi Hymn. in Dianam et alii.

§. 6.

PLUTIRCHUS. Qual. Roud p. M. 5. LIVIUS L. I. 44 idem

Venatoribus etiam in more politum erat ferarum capita et cornua Diis venationi praefectis, ut Dianae, (b) Pani, Apollini aliisque suspendere, cujus ritus meminit STATIUS Theb. L. IX. 588. quod ubique per filvam animalium exuviae et fpolia (r) ferarum a venatoribus et rusticis fuerint appensa.

Hic arcus et fessa reponere tela, Armaque (dentes) curva SUUM, et vacuorum terga leonum FIGERE, et ingentes aequantia cornua filvas Vix ramis locus, agrestes adeo omnia cingunt nge honoren, sedebratis egit. HESVOHIGAAIVUXA

conf. C. BARTHIUS ad h. l. T. III. p. 1032. PROPERTIUS L. 11. 19. 20. Incipiam captare feras, et veddere pinu CORNUA, et audaces ipse monere canes.

PASSERATIUS ad b. L. p. 323. VIRGILIUS IX. Aen. 407.

Si qua ipfe meis venatibus auxi. Sufpendive tholo, aut facra ad fastigia fixi.

ECT CE

Cur reliquis Dianae fanis foliti cervorum cornua affigere, et ei, quod in Aventino est, boum cornua affixerint, pluribus inquisivit E A CONTINUE CON

(b) Diana inde varia sortita est nomina, dicitur enim Inpontovos feranum necatrix, ilx Qn Bolog cervorum jaculatrix, oper poirog Montivaga, Nemorenfis, et alia. PHURNUTUS cap. 34. p. 230. LOE-· 100.0000 1 SCHERI from. p. 382. G. EUPERI Harpoor. p. 42. MILLII Dif-Jertt. fel. p. 149. STRUVII Antiq. Rom. p. 89. CLERICUS in Hefiodum p. 128. IAC. de WILDE sel. Gemmae Antig. tab. 23. p. p. 64. Millas 1730. April etista quicam magnitudipl. 77 ferita-

(c) Venatores etiam folebant Dianae inftrumenta fua, ut arcum, pharetram, retia; venabula etc. suspendere. Hinc CLAUDIANUS de IV. Honor. Conful. v 161.

Tibi Jaepe DIANAE Maenaliosque ARCUS, venatricesque PHARETRAS SUSPENDIT puerile decus.

SYMMACHUS L. V. Epift. 66. Honori numinum datur, cornud sacrare cervorum et APRINOS DENTES LIMINIBUS - Affigere. conf. P. KUNTZII Sacra et profana Ava Inparav Historia. p. 22. BAU Colorati. S. P. L. p. 70.

PLUTARCHUS Quaest. Rom. p. 4. 5. LIVIUS L. I. 45. idem affirmat: Fixa per multas aetates CORNUA in vestibulo templi DIANAE, monumentum ei fuere miraculo. Idem ritus obtinuit etiam antiquis temporibus in Anglia, cujus vestigia suo tempore adhuc fuille testatur CAMDENUS in Britannia p. 306. Nos etiam ipfi pueri CERVI CAPUT pilo praefixum, quod DIANAE Jacrificiis convenire videbatur, magna cum pompa, et cornicinum boatu in ipso templo circum gestatum vidimus. certe Dianae cultum et gentilium errorem magis, quam Christianam religionem hic vitus redolere videtur. SELDENUS de Sunedr. Vett. Ebr. p. 1265. [q. pluribus de hoc ritu, ut et de tauropoliis (d) in Dianae honorem, celebratis egit. HESYCHIUS Tadportohia à éig EDETAV aysou Apremidi, TAUROPOLIA, quas ut festum DIANAE celebrant, a sacrificio taurino, quemadmodum et capita bubalina Dianae facra fuisse ex Antiquitate patet, eorumque quamplurima circa aedem Londini Paulinam effossa testatur Idem' SEL-DENUS p. 1267.

Imprimis vero Dianae Aprorum capita suspendebantur, ut ex virgilii Ecl. VII. 29. apparet:

rassanatius ad b. L. p. 3.73. Renderius IX. Aca. 40%.

SETOSI CAPUT hoc APRI tibi Delia parvus Et ramofa Micon vivacis cornua cervi.

POMPONIUS SABINUS hunc locum concinne explicat: Venatores capita brutorum apponebant ante portas templi Dianae. PHI-LOSTRATUS de venat. L. I. p. 773. In templo Nemorali Dianae aedificato ferarum capita fuspensa, APRORUM et ursorum maxime. TURNEBII Advers. L. IV. 22. vid. I. P. de LUDEWIG diff. de Differentiis Juris Romani et Germ. in Venatu ejusque regali p. 64. Halae 1730. Apri etiam quidam magnitudine et feritate prae aliis insignes Dianae confecrati, quos in venatione praeterire, et non interficere oportebat, quo pertinet: Aper

Tibi Jacon DIA MAE

(d) NATH. FRID. KAUTZ diff de Taurobolio. Lipf. 1738. GUIL du CHOUL Relig. Vett. Rom. p. 76. fq. LAUR. PIGNORIUS in append ad initia Magnae Deum Matris p. 26. M. de BOSE dans les Memoires de Literature de l'Acadamie Royale T. 2. P. 2. p. III. fq. TH. REINESIUS Infeript. L. I. no. 40-42. p. 73. fq. SCHAR-BAU Obfervatt. S. P. I. p. 70. Aper ille Teuthrantis, a rege Myforum fic dictus, qui immanem hunc aprum in monte Thrafyllo excitavit, et acriter infecutus eft, aper vero fupplex in Dianae Orthofiae templum confugit, ibique ad perfecutores humana voce exclamaffe fertur, Geiscay & Broiliev ve Spequaros vys Seas, Parce o Rex alumno Deae. Teuthras vero attonitus animal interfecit. Ex quo Diana caedis autori impetiginem et furorem tantum immifit, ut in folitudinibus degeret, nec prius fanae menti reftitutus, quam ejus Mater Lyfippe, Dianae altari exftructo Aprum aureum humana facie dedicaret. vid. N. CAUSSINI Polybift. [ymbol. L. VII. C. 4. p. 307. Unde Aper five Verres in numis eft fymbolum ludorum fecularium in Dianae, cui dicatus erat, honorem habitorum, aut propter venationes populi caufa inftitutas, p. JOBERT Einl. zur Med. oder Munz Wiffenfcbaft p. 311.

Apud Lacedaemonios puellos masculos solebant nutrices in agrum exportare, ad DIANAE templum, quam CORYTHAL-LIAM vocant, prope Tiasan fluvium situm, Subst de 2014 TBS 92  $\lambda \alpha \Im \eta \nu 85$  de dayopisnes, une mapatileasiv ev th Jown tes unvitas aptes, ibi LACTANTES PORCELLOS etiam sacrificant, et surnaceos panes in coena praebent. ATHENAEUS L. IV. c. 5. p. 139. MEUR-SII Miscell. Iacon. L. I. c. II. et L. II. I5. COELIUS Ant. Lect. L. XXVII. cap. 25. p. 1527. HORATIUS verrem Dianae offerri dicit. Od. XXII. L. III.

recentet I. c. Rean de side ron 8 us 21 Estan

Imminens villae tua pinus esto Quam per exactos ego laetus annos VERRIS obliquum meditantis ictum. Sanguine donem.

DIANAM LAPHRIAM anniversario et solenni ritu Patrenses colebant; viridia enim ligna circa aram in orbem disponebant, virgo, quae sacerdotio sungebatur bijugo cervorum curru (e) vehebatur, intra arae septum viventia animalia conjiciebant, esculentas aves, et cujusvis generis victimas, APROS, cervos,

(e) Unde etiam Dianae currui cervi juncti, du CHOUL l. c. p. 71. WEISII diff. 11. de Numinibus Vialibus p. 27. CALLIMACHUS H. in Dian. v. 106. ibique SPANHEMIUS docte et fuse. conf. CHAR-TARII Imagines Deor, 16. p. 44. sq.

caprens, aliaque animalia, quae flammis postea in honorem Deae combusta, quae pluribus recensuit PAUSANIAS Achaic cap. 18. p. 570, quae pluribus conscillation and an animal sector of the sector of t

AEGYPTIOS porcum non mactalle, nec ulli Deo obtulifle, ob cultum, quem ei tribuebant divinum, alibi pluribus tradidi. Qua ratione vero moti Aegyptii a fuum efu abstinuerint fe. religione ne, an odio et aversatione quadam animantis, controvertitur apud Auctores. Variorum judicia attulit runrus Animad L. VI. c. 16. p. 316. fq. HERODOTUS L. H. cap. 47. p. 107. testatur Deorum nulli sues immolare Aegyptiis fas et jus fuisse, praeterquam LUNAE et Baccho. Cur autem aliis diebus feflis fues odio profecuti, et in hoc felto mactarint, propter decorum referre noluit, LUNAE autem quomodo facrificium factum, ita recenset 1. c. Jusin δε ήδε των ύων τη Σεληνη ποιεεται. Έπεαν 9ηση, την δυρην ακρην, και την σπληνα, και τον επιπλοον συνθεις όμου, κατ' ών έκαλυψε πατη τε κτηνεος τη πιμελη τη περι την νηδυν γινομενη nou έπειτα καταγιζει πυρι' τα δε άλλα κρεα σιτεονται έν τη παυσελυνω, έν τη άν τα ίρα θυσωσι έν άλλη δε ήμερη έκ αν έτι γευσαιατο. Sacrificium autem de SUIBUS LUNAE hunc in modum fit. Immolata sue, extremam ejus caudam, et lienem, et omentum simul componens, adipe omni, qui circa alvum pecudis existat, ea aperuit, ac deinde igni adolet : reliquis carnibus plenilunii die vescuntur, quo die sacra fecerint, alio die non amplius gustarent. Pauperes vero pecunia ad porcum fibi comparandum destitutos festum hoc Lunae ita celebrasse HERODOTUS etiam prodidit Or de nevyreç durav ún' άθενειης βιε, σαιτινας πλασαντες ύς, και επτησαντες ταυτας, 90851. Qui funt ex eis inopes, propter tenuitatem victus FICTAS EX FARI-NA SUES, postquam coxerunt, IMMOLANT. Suem quotannis femel Lunae immolatam testatur etiam AELIANUS L. X. de Anim. 16. Πεπισευκασι δε Αιγυπτιοι την ύν και ήλιω και σεληνη έχθισην είναι όταν δε Αιγυπτιοι πανηγυριζωσι την σεληνην, Ιυχσίν αυτη απαξ τε έτες ύν άλλοτε δε έτε έκεινη, έτε αλλω τω των Γεων τοδε το ζωου Ededese dues, wie musapor. Aegyptii vero, quibus persuasissimum eft, Sues Soli et Lunae inimicisfimos effe semel tantum, quum festos dies Lunae agitant illi fuem facrificant, alias vero minquam, nec huic ipfi, nec cuiquam alii Deorum facrificant: id que propterea faciunt, quia execrandos et detestabiles habent.

.01 . CTARILI Imagines Dost, 16. p. 44 [9:

#### the entry it A har with S. O IO. and A . ort out a sha

Arcades quotannis Apollini festos dies celebrabant in monte Lycaeo Arcadiae, in quo APOLLINIS cognomento PARRHA-SII fanum exstructum erat, ibi APRUM Apollini Auxiliari immolabant, et re divina peracta, hoftiam in templum Parrhafii deportabant, femora excifa deinde adolebant, et vifcera eodem in loco abfumebant. Quod pluribus recenfuit PAUSANIAS Arcad. p. 605. Idem Apollo ERYMANTHIUS dictus eft, ab auro Erymanthio, cujus formam induerat, cum Adonin Veneris amafium interficeret, poftquam Erymanthus Apollinis filius venerem fe lavantem vidiffet, ab ea inde vifu orbatus PTOLEM. Hephaest. L. I. p. 306. fic etiam Cumani in Opicis dentes monftrabant in Apollinis templo fuspensos, quos Apri Erymanthii esfe dicebant, ut refert idem PAUSANIAS in Arcad. cap. 24. p. 574.

S. II.

BACCHI victimam peculiarem fuisse Caprum ob damnum quod vineis (f) infert, vel unicum ovidii L. I. Fast. testimonium indicat:

#### Rode CAPER VITEM, tamen hinc cum stabis ad aram, In tua quod spargi cornua possit, erit. State BLatte

10H. SAUBERTUS de facrif. c. 23. p. 500. I. F. GRONOVII Obfervatt. L. II. c. 15: p. 334. C. G. SCHWARTZII Doctrinae Antiquariae capita quaedam, (diff. quae prodiit Altorfii 1719) cap. 3. p. 41. I. WEITZIUS in notis ad Prudent: p. 730. Eum in finem Afcolia celebrabantur, cum fuper utres hircinos faltarent, et damnum vitibus illatum vindicarent. SUIDAS in Agnog nengi-CONTOG. SCHOLIASTES Aristoph. ad Plut. V. 1130. PHUR-NUTUS cap. 30. p. 218. GYRALDUS Hift. poet. Dial. 4. p. 207. PHIL. BEROALDUS Annotatt. in Servium. p. 84. LOMEIERVS de Lustratt. cap. XVIII. p. 237. J. FASOLDUS de Festis Graec. dec.

. (f) Doctiff. Antiquarius LAUR. BEGERUS marmor ex Pighianis affert. in quo caper ad vitem erectus stat, et uvas arrodit: in Contempl. Gemmarum quarundam Dactyliothecae Gorlaei p. 36. Et Idem annulum ferreum, cum gemma, in qua caprarius deprehendit caprum ultimo terebinthi ramo infestum. T. I. Thef Brand. p. 166. Et Paftorem cum capra ad arborem erecta in gemma, ad Florum, p. 168. 34

© The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License

dec. 5. 2. p. 170. Ab hac faltatione ortum est ludi genus apud Graecos, Agrichuzomos dictum, quo uno pede fublato, altero folo faltare oportebat, de quo pluribus 10H. MEURSIUS in Graecia Ludibunda p. 6. Sed Baccho quoque SUES immolati funt ob eandem caufam, quia vites ab illis perduntur et devastantur, ARISTOPHANIS SCHOLIASTES in Ranis A. I. Scen. 7. X01001 τη Δημητρι και τω Διονυσω έθυοντο, ώς λυμαντικοι των θεων δωρηματων. Sues Cereri et BACCHO immolantur, ut qui utriusque Dei dona deperdunt. Plura de hac re jam fupra occupavimus in facrificio Cereris. Vafi feu urnae marmoreae eleganter apud 1. SPONIUM doctiffimum Antiquarium depictae, infculpti funt in facie quarta, Quatuor Ministri Sacrorum coronati, sacrificantes SUEM MACTA-TUM vafi aquae calidae impositum depilantes, forte, ut addit Sponius, ut ejus carne vescantur, quoniam epulae cum sacrificiis conjungebantur. Miscell. Erud. Antiq. p. 28. 29. Sacrificium hoc Baccho factum, patet ex Sileno, Satyro, aliisque criteriis Dei hujus cultum proponentibus. Aegyptii in festo Dorpiorum suem quoque Baccho immolasse, HERODOTUS vult. in Euterpe 48. p. 107. τω δε Διονυσω της όρτης τη Δορπιη, χοίρου προτων Δυρεων σφαξας εκασος, διδοι αποφερεωαι του χοιρου αυτω τω αποδομενω των συβωτεων. BACCHO die solennitatis Dorpiae (five in festi convivalis coena) SUEM ante fores finguli jugulantes reddunt subulco illi, qui attulerat ipsam suem. Bacchus comitatus semper pingitur panthera, tigride, apro, aliisque feris animalibus, ita ovidius L. III. Metam. 666.

Ipse racemiferis frontem circumdatus uvis Pampineis, agitat velatam frondibus bastam; Quem circa tigres, simulacraque inania lyncum, Pictarum que jacent fera corpora pantherarum.

ALBRICUS inter animalia Baccho appicta porcum refert in libro de Imaginibus Deorum cap. 19. Juxta ipsum erant imagines trium animalium, scilicet simiae, porci et leonis, quae pedem unius vitis circumire videbantur, ad sanguinarios, petulantes, et soedos ebriorum mores denotandos. C. BARTHIUS ad Statium. T. II. p. 1185. ANONYMUS de Incredibilibus cap. XVI. NEAN-DRI Hist. Bacchan. T. IV. I. G. CLAUSINGII Juris Publ. Roman. p. 285. Eadem animalia occurrunt etiam in Nummis, ut apud Celeb. SIGEB. HAYERKAMPUM in Dissert, de Alexandri M. M. numismate, et Nummis Contorniatis tab. IV. no. 8. p. 67. et ex aliis ibidem adductis. I. HARDUINUS in Numis antiquis populorum et urbium. p. 99. de numis Matovav. conf. ibi numos Marcianopolitav et Pergamenav. p. 100. 135. qui tigridem et pantheram proponunt. In numo Imperat. Severi apud 1. SPONIUM Miscell. Erud. Ant. p. 26. I. SMETII Antiquitt. Neomag. p. 146. Pergami in civitate Asiae caput Apri olim Baccho confecratum, et a multis ceu resmiranda visum, Museo di MOSCARDO p. 370. ibique caput aprinum aeri incisum.

### §. 12.

Pro reftitute faluta HERCULI VERREM immolare foliti Veteres, ut concluditur ex PHAEDRO V. 4.

Quidam immolasset VERREM cum sancto HERCULI Cui pro SALUTE votum debebat sua.

Aliquando etiam suem praegnantem. ALEX. ab ALEX. 1. c. Herculi et Cereri XII. Cal. Jan. sue, panibus, et mulso sacrum fit. Si tamen SUS PRAEGNAUS sit, aliter non habetur pura. MA-CROB. L. III. faturn. cap. XI. p. 290. hac in re Alexandro praeivit. DIODOR. SIC. L. IV. prolixe Herculis res gestas describendo, cap. 40. memorat Menoetium ei taurum, APRUM, et hircum tanquam heroi immolasse, et heroicos ei cultus quotannis in Opuntiorum civitate obeundos inftituisse, quod plures aliae urbes postea imitatae. In numis etiam occurrit cum clava et APRO apud SPANHEM. ad Juliani Caefares P. II. p. 39. Sic Coelius Caldius Conful aprum in numo expressit ob cultum Herculis apud Hifpanos, tefte VAILLANT. T. I. Famil. Rom. tab. 44. p. 292. De Hercule super Apri testibus foedus cum Nelei liberis percutiente alibi a me actum est. Labores Herculis solebant etiam in templis depingere, ut in Jovis Altini nonnullae ex ejus aerumnis elaboratae erant, supra fores enim Erymanthii apri venationem videre licebat, PAUSAN. L. V. p. 361. 362.

Missi Gentilium veterum vanis & superstitiosis facrificiis, transeamus ad verum, unicum, & redemtorium fanctissimi Mediatoris nostri in facris Pandectis nobis revelatum facrificium, confiderantes, quot & quam faluberrimi inde in genus humanum fructus redundarint; imprimis cum ex peracto a semet ipso facrificio Redemtor nofter ad finem rerum adorandus ex diriffima mortis conditione fe rurfum fuper pulverem fuftulerit, refurrectionis fuae praemia discipulis et asseclis suis distribuendo. Pluribus divinum hocce Servatoris noftri Jefu Chrifti munus, Nobilissimus et praestantissimus Juvenis CHRISTOPHORUS MEIER, Brem. S. Theol. et Elegant. Literarum haud degener studiofus futuro die 29. Aprilis bora IX. matutina in Auditorio Theologorum majori, oratione eleganti, exponere pro virili annitetur. Rogamini itaque obnixe vos, eo quo decet decoro, ILLUSTRES, MAGNIFICI atque Amplissimi Reipublicae NOSTRAE PROCE-RES, Omnium Ordinum DOCTORES, PROFESSORES et v. D. DISTRIBUTORES, omnesque honorati scientiarum culto-RES, itemque vos, Nobilissimum studiorum commilitium, ut eleganti studiorum successu ornatum Juvenem honorifica dignari praesentia vestra velitis. Dab. BREMAE Domin. Quasimod. De Bercule liner Ami lonnes Anno CIDIOCCLXXV. cute all'a me actum ell' in 1

12



1200311 5451

The Warburg Institute. This material is licensed under a Creative Commons Attribution Non Commercial 3.0 Unported License